Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Romanum pontificem ipsius clementis
sexti etiam in hoc vestigia imitari. ac deinde
ad ulteriora procedens. quia spiritus sanctus
precipue illuminat et specialiter regit eccle
siam: illum humiliter inuocare et inuocari
mandare studeat. quo finito et oracione com
pleta. deus qui corda fidelium &c. ad canoni
sacionem procedere delet in hunc modum
Ad honorem dei omnipotentis patris et filij
et spiritus sancti. et exaltacionem fidei et
cristiane religionis augmentum. auctoritate
ipsius dei omnipotentis patris et filij et spūs
sancti. et beatorum apostolorum petri et pauli. et
sua. ac fratrum suorum concordi consilio decernere
et diffinire hunc memorie dominum leopoldū
quondam austrie marchionem. diocesis pata
uiensis. sanctorum catalogo asscribendum. et
tanquam sanctum esse ab omnibus venerandū.
ipsumque dictorum sanctorum catalogo asscribere.
statuendo. vt ab vniuersali ecclesia in die obitus
sui. videlicet quintadecima die mensis nouem
bris. festum ipsius anno quolibet et officium
sicut pro vno confessore non pontifice deuote
et solemniter celebrari. et hanc formam seru
auit idem clemens sextus. superadens eadē
auctoritate. q omnibus vere penitentibus
et confessis qui in die solemnitatis eius et
in die qua ibi primo vbi requiescit de eo festi
ue celebrabitur interfuerint septem annos
et septem quadragenas. et in octauis et per
octauas dicte solemnitatis singulis diebus
vnum annum et vnam quadragenam. simi
liter et his qui annis singulis ad sepulchrum
eiusdem in die natalis vel pasce deuote accesse
rint vnum annum et quadraginta dies. ac
cedentibus vero annis singulis in octauis vel
infra octauas dictorum festorum ad sepulchrum ipsius
centum dies de iniunctis penitencijs misericor